



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli

Kircher, Heinrich

Coloniæ Agrippinæ, 1676

Verba Apocalypseos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39100

TRACTATUS XXIV.

IN CAPUT XVI.

Continuatio est Visionis de 7. plagiis: nam in Capite præcedente mentio earum fit generatim: hic in specie enumerantur.

VERBA APOCALYPSEOS.

(Cap. 16. Vers. 1. & seqq.) Et audivi vocem magnam de templo,
dicentem septem Angelis: Ite & effundite septem phialas iræ Dei in ter-
ram: (v. 2.) Et abiit primus, & effudit phialam suam in terram: & fa-
ctum est vulnus sæcum & pessimum in homines, qui habebant chara-
cterem bestiæ; & in eos, qui adoraverunt imaginem ejus. (v. 3.) Et se-
cundus Angelus effudit phialam suam in mare, & factus est sanguis tan-
quam mortui: & omnis anima vivens mortua est in mari. (v. 4.) Et
tertius effudit phialam suam super flumina, & super fontes aquarum,
& factus est sanguis. (v. 5.) Et audivi Angelum quartum dicentem:
justus es Domine, quies, & qui eras sanctus, qui hæc judicasti. (v. 6.)
Quia sanguinem Sanctorum & Prophetarum effuderunt, & sanguinem
eis dedisti bibere: digni enim sunt. (v. 7.) Et audivi alterum ab altari
dicentem: Etiam Domine Deus Omnipotens, vera & justa judicia tua.
(v. 8.) Et quartus Angelus effudit phialam suam in solem & datum es
illi astu affligere homines & igni: (v. 9.) Et astuaverunt homines astu
magno, & blasphemaverunt nomen Dei habentis potestatem super has
plagas, neque egerunt pœnitentiam ne darent illi gloriam. (v. 10.) Et
quintus Angelus effudit phialam suam super sedem bestiæ, & factum est
regnum ejus tenebrosum, & commanducaverunt linguas suas prædo-
lore: (v. 11.) Et blasphemaverunt Deum cœli, præ doloribus & vulneri-
bus suis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus suis. (v. 12.) Et sextus
Angelus effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphraten: Et
siccavit aquam ejus, ut prepararetur Via Regibus ab ortu solis. (v. 13.)
Et vidi de ore pseudopropheta spiritus tres immundos in modum ra-
narum.

narum. (v. 14.) Sunt enim spiritus demoniorum facientes signa, & procedunt ad Reges totius terrae congregare illos in pralium ad diem magnum Omnipotentis Dei. (v. 15.) Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem ejus. (v. 16.) Et congregabit illos in locum, qui vocatur Heli braice Armageddon. (v. 17.) Et septimus Angelus effudit phialam suam, in aerem & exivit vox magna de templo a throno, dicens: Factum est. (v. 18.) Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terrae motus, factus est magnus, qualis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt super terram, talis terra-motus, sic magnus. (v. 19.) Et facta est Civitas magna in tres partes: & Civitates Gentium ceciderunt, & Babylon magna venit in memoriam ante Deum dare illi calicem vini indignationis irae ejus. (v. 20.) Et omnis insula fugit, & montes non sunt inventi. (v. 21.) Et grando magna sicut talentum descendit de caelo in homines: & blasphemaverunt Deum homines propter plagam grandis: quoniam magna facta est vehementer.

§. I.

De voce audita e Templo.

AD VOCEM MAGNAM DE TEMPLO editam, effunduntur phialae suo ordine a SEPTEM ANGELIS. Etenim sicut in prima Parte Apocalypseos item 7. Praesides Angeli accipiebant Tubas quibus præmonerent ad cautelam: ita in hac Secunda Parte, postquam malitia jam obstinata fuit ac remedium desperatum, accipiunt quas effundant Plagas ad vindictam. Suntque ex intentione quidem Angelorum Praesidum sicut illuc Tubæ, ita hic Plagæ, salutares & in correctionem electorum,

Intentio 7. Ange-
lorum.

quaenam Sic enim se res habet: Aequivalet

in plerisque hæc Visio hujus Secundæ per Tu-
Partis illi Primæ: & altera alteram e-
bæ: jam lucidat: quod sine dubio vidit S. Au-
gustinus quem in procœmio secundæ
Partis Apocalypseos citavimus, dum
ait, in Apocalypsi eadem repeti, nec esse
alia quæ dicuntur, sed aliter. Et in præ-
sente materia evidens erit experienti
diligenter Lectori, atque inter se con-
ferenti Tubas cum Plagis. Hoc dis-
crimine (præterquam quod per pauca
quædam adjuncta variantur:) quod illa
quæ ibi fuerunt nuntiata de inchoatio-
ne & parturitione mali, hic dicantur
de statu radicatiore eorundem aut si-
millimorum malorum in futuris no-

H 2 vissimis